UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

48. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Dunozeto Decano in causa Ferrarien. Pensionis. Veneris 2. Martii 1646.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76432

Visual Library

& 5.& in dicta Gerunden.Capellaniæ.§.non obſtat, il 1. & in eadem 27.Ianuarij 1645.§.Et ſufficeret coram eodem R.P.D.meo Bichio.

5. Maximè quia dicebant Domini eſſe adhærendum obſeruantiæ interpretatiuæ quam ſtare pro excluſione dicti Indulti Gregoriani non eſt dubium, dum in Catalonia aſſiduo 18.annorum ſpatio Canonicatus Pœnitentiarij à Sede Apoſtolica collati fuere non præcedente concurſu,vt in dicto Indulto cauetur, & in prædicta deciſione 15.Decembris ponderatum fuit §. obſeruantia. Nec dicatur quod ex actibus non tendentibus ad effectuationem Indulti obſeruantia non ſit inducta, quando verba Indulti ſunt clara,vt in præſenti prætendebatur.Nam ex non obſeruantia Indulti bene reſultare obſeruantiam non comprehenſionis,tradunt Dec.conſ. 48.num.2.Seraph.deciſ.410.num.8.Rot.deciſ.396.n 12. part.5. recent. cum ex inde reſultet interpretatiuè voluntas tam Papæ concedentis,quàm Sereniſſimi Regis Catholici ſupplicantis,quæ voluntas ex non facto non ſecus, ac ex facto elicitur.Rot.part.4.diuerſ. deciſ.647. n.3.& part.6 recent.deciſ.56.num.7.& fuit reſolutum in Caſenaten.cenſus 3.Iunij 1644.coram D.meo Corrado,§. ex quibus,in fine.

6.Ad obiectum Indultorum Decimarum,& Cruciatæ fuit factum ſatis in deciſ.hodie confirmata §.nihil facit. Indultum verò ſubſidij,& excuſati cum contineat verba magis vniuerſalia,dum loquitur de regnis Hiſpaniarum, ac inſulis illis adiacentibus,ac etiam Sardiniæ, ex his verbis conſtat, quod Papa voluerit comprehendere omnia dominia Regis Catholici,prout in Indulto Decimarum quod pariter dominium exprimit in petitione,à qua eadem conceſſio declarationem ſumit, c.inter dilectos,§ cæterùm, de fide inſtrument. Guttierrez lib.3. pract.q.41.n.12 Menoch.conſ.33.n.14.Grammat. deciſ. 103.n.20.& fuit reſponſum in deciſ.reuiſa §.nihil facit, &c.

7. Ad deciſionem in cauſa Teruien. Canonicatus 2. Martij 1637.coram D.Carillo,fuit reſponſum in deciſione hodie confirmata,§.fin.Necnon fuit reſponſum ad electionem præuio concurſu factam in Eccleſia Gerunden.de anno 1640.in §.nec prædicta, immò etiamſi illa electio habuiſſet effectum,ſanè obſeruantia interpretatiua pro non comprehenſione Cataloniæ inducta per annos 18.antecedentes non valuit deſtrui ex dicta electione anni 1640. iuxta theor.Bart.in l.de quibus,in 2. lect.n.16.ff.de legibus. Quod autem dictum fuit ex vnico actu difformi excludi obſeruantiam , venit intelligendum de actu contemporaneo , & proximo Conſtitutioni, in quibus terminis loquuntur DD. adducti per informantes pro Capitulo Barcinonen.

8.Vltimò nihil facit quod poſſeſſio Petri Ioannis tãquam pendens à præfato Indulto Gregoriano non ſit manutenenda antequam cognoſcatur in petitorio , an dictum Indultum valeat comprehendere Cataloniam. Nam vt ſupra ponderatum fuit , dictus Atxer non ſe fundat in Indulto,ſed in regula reſeruatoria menſium, ac diſpoſitione iuris communis.Indultum autem eſt de exceptione Capituli , cui propterea ſola turbiditas Indulti nocet , non verè dicto Prouiſo Apoſtolico, eiúſque manutentionem non retardat , vt cenſuit Rota in Romana ſub collectoria 17.Martij 1645.coram R. P.D. Bichio,§.penult. alias enim exceptio turbida retardaret executionem literarum Apoſtolicarum, contra notiſſimas concluſiones,quas ſemper amplexa eſt Rot. coram Buratt.deciſ.805.n.10.Seraph.deciſ.296. num.6. & in Iacen.Parochialis apud Marcheſan.part.1.fol.463.n.2. Vintimilien.Capellaniæ 30.Martij 1635.coram Mortmanno,cum aliis relatis in Oriolen.beneficiorum 15. Decembris præteriti coram R.D.meo Decano,§. nam literæ, cum illæ ſemper dicantur habere paratam executionem , nec per exceptiones turbidas veniant impediendæ:Rot.part.4.recent.deciſ.542.n.6.cum vulgatis.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

DECISIO XLVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P.D.DunoZetto Decano.

In cauſa Ferrarien.Penſionis.

Veneris 9.Martij 1646.

§.1. SIxtus fel. record. Papa V. conceſſit Indultum præcl.mem.Principi Michaëli Peretto facultatis transferendi penſiones fauore illius reſeruatas,& reſeruandas ; cuius Indulti vigore cum idem tranſtuliſſet Eminentiſſimis DD.Cardinalibus Montalto Iuniori,& Vrſino penſionem, quam habebat ſcutorum auri trium millium ſibi reſeruatam , mediante tranſlatione præcl. mem.Alexandri Cardinalis Montalti ſuper Menſa Epiſcopali Ferrarieñ. & Reuerendiſſ. D. Auditor Cameræ ab anno 1631.ſententiam potuiſſet cum voto Dominorum ſui in Ciuilibus Locumtenentium ſuper inualiditate tranſlationis factæ per dictum Principem,commiſſa mihi cauſa in gradu reſtitutionis in integrum à Sanctiſſimo, propoſui dubium, An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum.

2.Et Domini reſponderunt conſtare,attenta ſententiæ iniuſtitia,cum inde læſio reſultet propter quam datur paſſim ſine difficultate in integrum reſtitutio. Rot. deciſ.1.de reſtitut.in integrum,in nou.& recent.deciſ.532. n.2.part.1.deciſ.329.n.1.part.2.deciſ.609.n.11.part.5. dec.50.n.1.part.7.& in Sarſinaten.feudi 22.Iunij 1645. coram me.

3.Iniuſtitiam verò deducebant,quia ſic fuerat pronũciatum habita ratione,quod penſio hæc vti ſemel tranſlata non fuerit amplius transferibilis, quam tamen, immo Dominis viſam eſt vti comprehenſam ſub Indulto conceſſo transferendi potuiſſe omnino iterum transferri , ſicut de ſimilibus Indultis , quod intelligantur comprehendere penſiones etiam antea tranſlatas, quas propterea denuò transferre liceat vigore Indultorum huiuſmodi , fuit alias deciſum in Papien. penſionis 19. Martij 1607. coram Ottembergo , in Lucana penſionis 28.Iunij 1617.coram bon.mem.D.meo Archiepiſcopo Seleucien.in impreſſ.coram Buratt.dec.639.num.2.& ſeqq. in Ferrarien. penſionis 14. Iun. 1624. coram bon. mem. Remboldo, quæ eſt rec.dec.450.num.41. verſ. de indulto transferendi,part.5. & ſequitur Loter.de re benef. lib.1. q.40.n.95.& ſeq.

4.Eoque faciliùs licuiſſe in præſenti ſuadebatur detecta clara mente Pontif.quatenùs in prima parte indulti diſpenſauit,& habilitauit Principem Perettum generaliter ad acquirendas & retinendas quaſcumque penſiones ſibi hactenus reſeruatas,aut in futurum reſeruandas , non obſtantibus defectibus profeſſionis in Religione militari , aut matrimonij etiam reiterati , ibi. Etiamſi contigerit,vel non contigerit , te qualemcumque militiam cuiuſvis & profeſſionis,&c. & ad ſecunda, ac etiam plura laicalia vota ſecundas vel plures nuptias tranſire, &c.Quaſcumque penſiones annuas,&c. retinere, recipere, conſequi , &c. An ſubſequenter in ſecunda parte facultatem conceſſit indefinitam, & indifferentem,omnimodè transferendi eaſdem penſiones, vigore ipſius indulti retentas , vel acquiſitas , ibi. Nec non tibi omnia & ſingula , penſiones , redditus , prouentus, iura,obuentiones, & emolumenta tibi reſeruata, & reſeruanda huiuſmodi,&c. transferendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem , dicta auctoritate concedimus, & impartimur,&c. Cùm enim dubio careat in vim dictæ primæ partis reſpicientis facultatem retinendi, & acquirendi , licuiſſe Principi retinere & acquirere penſiones ex tranſlatione prouenientes.Rota

recent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recent.deciſ.7.n.15.& deciſ.50.n.31.p.5.& coram ſanct. mem.Gregor.XV. dec.18.n.3. vtique reſultat eaſdem ſic retentas & acquiſitas neceſſariò ex vi repetitionis intelligi comprehenſas in ſecunda parte indulti reſpiciente ius transferendi, efficaciam perpendendo tùm dictionis. Nec non adiectæ principio ipſius ſecundæ partis, quæ reſoluitur in copulatiuam, *gloſſ.in Clem.1. verb.nec non,de offic.deleg.*Rot. *diuerſ.dec.791.n.2.p.1. & coram* Cardin.Caualer.*dec.343.n.2.*Repetitque omnes qualitates præcedentes Bald.*in l.Seio,*§.Caio,*ff.de fid.inſtrument.*Neuizan.*conſ.172.n.14.*Rot.*rec.dec.38. n.11.p.7.* Tum etiam dictionis, Huiuſmodi,præcedentium relatiuæ cum omnibus ſuis qualitatibus,*gloſſ.in c. Abbate,& in c.nemo,verb.huiuſmodi,de elect. in 6.* Rebuff.*in comment.ad leg.1.verb.huiuſmodi ſtipulationes,ff. de verb.ſignif. Mareſcot. var.reſol.lib.2.c.77.n.27.*Rot. *rec.dec.373.n.6.part.2.*

5. Vel etiam vltra repetitionis effectum eſſet de per ſe conſiderabilis prægnantia, & generalitas dictæ ſecundæ partis tanquam fulcitæ verbis illis,omnia & ſingula, &c. quæ ſunt adeò generalia,& effrænata,vt nullam reſtrictionem patiantur,ac propterea, benè reputentur apta comprehendere penſiones etiam, alioquin ſub ſimplici diſpoſitione non comprehenſas,& quæ indigerent ſpeciali mentione,iuxta gloſſam *in Clem.2.de vit.& honeſt.Cleric.Clem.1 in verbo, vbicumque,de iud. Surd.conſ.308.n.40.cum aliis, in Cæſaraugustanæ penſionis 18.Iunij 1610.coram Card.Lancell.quæſt dec.2.poſt Pic.ad Stat.Vrb.n.5.& in Romana penſionis 15.Februarij 1636.coram bon.mem.Pirouano.*At ſi eſſent explicitæ, & in indiuiduo ſpecificatæ,*gloſſa in c.vt circa,verb.omnia & ſingula,de elect.in 6.Soc.conſ.3.n.17.lib.3. Surd. conſ.331.n.7.*Rota *rec.dec.130.n.3.p.2.* Enixam deſignando ſuper tali ſpecificatione voluntatem diſponentis Alex.*conſ.216.n.27.lib.2.*Barb. *plures referens clauſ.96. n.3.*prout in idem conſonat verbum,quaſcumque, &c. ex ſui proprietate omnia includens,nihilo excluſo,*cap. ſolitæ,de maiorit.& obed.gloſſ.in c.quicumque, verb. quicumque,de ſent.excommun.in 6. Iaſon. in l. quodcumque n.1.ff.de verb.obligat.Marc. Ant. var.reſol.lib.2.reſ.40. n.2.*In omni enim materia,quantumuis odioſa,nullatenùs reciditur à proprietate verborum, ſed lata fieri debet interpretatio, quatenùs illam patiatur eorum proprietas,*l.cùm lege,vbi Aret.ff. de teſtament. Menochius conſ.429.n.9.Carderin.conſ.24.in primo dub.de præbend. Cardin.Mantic.de coniect.lib.8.tit.18.n.35.ſanct.mem. Greg.XV.dec.516.n.3.*

6.Neque imò aliter exprimenda iſta qualitas reiteratæ tranſlationis opus habuiſſet vberiori expreſſione;ſed ſat haberetur pro expreſſa per mandatum Papæ, quod omnes & quicumque defectus valentes impedire conceſſam gratiam,& effectum,taciti vel omiſſi habeantur pro expreſſis,ac ſi de iis explicita mentio facta fuiſſet, ibi:neque ex eo quòd præſens gratia,&c.vel quicumque defectus,&c.præſentem gratiam,eiúſque effectum quãdocumque,& ex quibuſvis cauſis, etiam de neceſſitate exprimendis impediri vel annullari valentes hîc,&c.taciti vel omiſſi fuerint, &c. ſed omnino ſubſiſtant,tibique ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi in eis de præſentibus,nec non defectibus & impedimentis præd.expreſſa mentio facta fuiſſet, &c. Cum ſine dubio volens Papa potuerit expreſſionem huiuſmodi ſupplere,*ad l.omnes,C.de præſcript.*& fuit dictum in *Placent.penſionis 27.Iunij 1605.coram Litta,impreſſ. penes Marcheſſ.de commiſſ.part.1.pag.557.n.2. ante finem,*vt inde de gratia ſuffragetur in omnibus, & per omnia, non obſtante aliàs exprimendorum omiſſione. *Abb.in c.ad hæc,col.fin.de reſcript.Decius conſ.191.n.3. & ſeq.& conſ.341.n.31.in fine,Pariſ.conſ.46.n.43.lib.3. Mareſcot.var.reſolut.lib.2.c.18.num.46.* Rota *rec.464. n.12.p.5.& in allegata Placentina penſionis dict.num.2. verſ.Præterea fuit reſponſum.*

7 Eandémque ex præmiſſis detectam comprehenſionem fortiùs comprobat conformis declaratio eiuſdem Sixti Papæ V.circa facultates conceſſas Militibus Lauretanis transferendi pariter de quibuſcumque penſionibus,ac iiſdem quas indulſerat, non obſtante matrimonio poſſet per milites Lauretanos acquiri, & retineri ad ſummam ſcutorum 200. vt nimirùm intelligeretur de penſionibus etiam aliàs tranſlatis.A qua declaratione mens potiſſimum deſumitur ipſius Pontificis concedentis,*gloſſ.in c.ſi propter,verb.intentionis,de reſcript.in 6.Alex.conſ.52.n.25.lib.4.Surd.conſ.481.n.13.*Ruratt. *dec.228.n.2.Card.Caualer. dec.611. n.52.* ſicut Papam ita declaraſſe ius competens dictis militibus vigore antecedentium facultatum, non autem proceſſiſſe per viam,qualis opponebatur nouæ legis, conuincunt non minùs clara verba,ibi declarantes,&c.ex ſui proprietate nullatenùs importantia nouam diſpoſitionem, ſed ſimplicem declarationem,ex traditis à Barboſa *dict.80. n.1. & ſequentibus*; itavt exinde nullum intelligatur à Pontifice collatum ius de nouo,ſed tantummodò,quod competebat manifeſtum,*l.adeò,§.cùm quis ff.de acquir. rer. dom.l.ait Prætor, §. ſi Iudex, ff. de re iudic Oldrad. 224. numero 10. & 20. verſ. nec verbum declaremus, Caſtrenſ. conſ. 341. in princ. lib. 1. Socin. conſ. 156. numero 17. lib 2.* Rot.*rec. deciſ.281. numer.8. part.1.* Quam effectus dum ibidem ſubdiiur, licere illas penſiones transferre in vim facultatum,& priuilegiorum, per prius conceſſorum,quod vtique facere non potuiſſent, ſi eiſdem facultatibus penſiones tranſlatæ non fuiſſent comprehenſæ. *Gemin.conſ.72.n.12.ad med.verſic.contrarium credo.*

8. Prout quoque mens Pontificis omninò comprehendi, vt dictum eſt, ſuadetur perpenſis facti circunſtantiis, nimirùm reſpectu modi conceſſæ huius facultatis motu proprio inde pleniſſimam facilè recipientis interpretationem, *c. ſi motu proprio,de conceſſ. præbend. in 6. Rom.conſ.388.n.6.Surd.conſ.140.n.6.*Rot. *recent. dec.12.n.22.p.5.& coram Reuerendiſſ. D.Durano deciſ. 67.n.5.*nec non reſpectu perſonæ,cùm gratia emanauerit fauore Magnatis,qui erat nepos,& dilectus Pontificis concedentis Vnde pariter intelligitur illum voluiſſe omni vberiori & fauorabiliori modo gratificare. Bald.*conſ.209.per tot.lib.2* Rot.*diuerſ.dec.401.n.1. & ſeq.p.1.& rec,dec.12.n.41.dec.452.n.28.dec.464 n.13. part.5.& d.deciſ.67.coram D.Durano,num.5.& 21.* Ac demum, quia conceſſis in eodem indulto grauioribus, quoad facultatem retinendi penſiones,non obſtantibus impedimentis profeſſionis in Religione militari, ac matrimonij etiam reiterati, vt ſupra quæ indigebant particulari diſpenſatione, tanquam contra Canones & diſpoſititionem iuris, oritur concludens illatio,Papam multò magis conceſſiſſe, quod erat minus, ac nullibi prohibitum, ſcilicet facultatea transferendi etiam de penſionibus alias tranſlatis,*c.cui licet,de reg.iuris, in 6. cap.ex parte,il 3.de decim. cap.per venerabilem, qui fil. ſint legit. Ancharan.conſ.235.num.8.Menoch.conſ.210. num 11.*

9.Ex quibus omnibus ſubſiſtente ad fauerem Eminentiſſim.Cardinalium Tranſlatariorum fundamento indubitatæ,ac omnimodæ voluntaris Pontificis,ita comprehendi penſiones tranſlatas, velut innixo lecturæ ipſius indulti, & exuberanter comprobato per deductas facti circunſtantias DD.viſum fuit ſuperfluum diſcutere deducta circa fauorabilitatem gratiæ,quæ faciat illam extendi,vel odioſitatem,vt obiiciebatur ex parte Eminentiſſimi D.Cardinalis Macchiauelli Epiſcopi,& litis conſortium,quæ potius debent reſtringere,& nihilominus animaduerterũt,huiuſmodi gratiam facultatis transferendi non eſſe odioſam,ſaltẽ odio irrationabili,vt plenè ratiocinando,& pluribus adductis firmatur *in dicta deciſſ.Reuerendiſſ.D.Durani 67.num.1.& ſequent. & dicta deciſione 452.n.33. & ſequent. part.5. recent.* quoniam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penſio tranſlata vti realiter ac propriè penſio, ex traditis per *Vital.in clem.1.§.eadem,num.3. de ſupplen.negl. præ at.*Loter.*de re benef.lib.2.quæſt.38.n.64.& ſeqq. & quæſt.40.num.95.& 96.*nil differt à reſeruata *ſanct.me.* Greg.XV. *deciſ.*18. *nu.*3. ſed re vera eſt eadem poſſeſſio cum prima, non autem nouum grauamen. *Ant. Auguſt. in Epitom.de tranſlat.penſ.verſ.in tranſlatione penſionis,num.*6. Garz.*de benef.part.1.cap.5.num.256.Creſcent.dec.1.num.1.de rebus Eccleſ.non alienand.*vbi propterea firmatur non eſſe neceſſarias derogationes Concilij Lateranenſis.Rota *recent. deciſione 307. num.1. p.3.coram* Buratt.*deciſ.12. num.2. in Segouienſ. penſionis 20.Maij* 1598.*coram* Corduba *impreſſ.penes Pacific.de* Saluian. *interdict.dec.129.num.1. in Lauden. penſionis 29.Ianuarij* 1601.*coram Penia,in* Bononien.*tranſlationis penſionis 20. Iunij eiuſdem anni , coram* Cardinali Millino,*& in* Roman. *penſionis 29. Maij* 1628. *coram me.* At quamuis in tranſlatione penſionis extinguatur prima,& noua reſeruetur,extinctio adeò momentanea, vt haberi nequeat in aliqua conſideratione,cum ſit potius mutatio perſonæ,& vitæ transferentis in perſonā, & vitam Tranſlatarij,ſeu delegatio ſolutionis alteri faciendæ, & quædam ſubrogatio vnius in locum alterius. *Pariſ.conſ.5.num.86.lib.4* Gratian.*diſcept.424.n.14.& 15.*Rota *rec.dec.122.num.9.deciſ.327. num.4. & ſeqq. & deciſ.505.num.4.part.1.& dec.119.n.2.& 3.part.4. Add.ad ſanct.memor.*Gregor.XV. *dict.dec.18.num.11.* Et hæc opinio , quidquid Rota ſenſerit, antiquitùs eſt hodie receptiſſima, vt per Buratt. *dict.deciſ.638.num.3. vbi n.5.*aducrtit,cauendum eſſe à deciſionibus,in *Eugubina penſionis coram Rubeo , & in Aretina , ſeu Senen. penſionis coram Accorambono,& n.7.* reprobat in ſpecie *deciſionem in Florentina penſionis ſub 17. Maij 1617. coram bon.mem.Vbald.*In quo nec imò pes figebatur ſuper motiuo odioſitatis,ſed inualiditas fundabatur ſuper aliis , vt ex lectura , rationes olim perpenſas diluendo fortioribus in contrarium , etiam reſpectu caſus emanatæ tranſlationis in mortis articulo firmatum fuit latiſſimè in *alleg.dec,24.n.11.&ſeq.p.5.recent.*

10. Nec refragari cenſuerunt exempla nonnullarum facultatum transferendi continentium explicitam mentionem de penſionibus etiam tranſlatis.Non enim verſantur in caſu indulti habentis alias circunſtantias demonſtratiuas comprehenſionis earumdem,vt in præſenti ex ſuperius adductis.Nec deſunt plures ſimiles facultates abſque tali expreſſione cum reſolutionibus in Rota,vt dictum eſt, emanatis pro validitate ſecutarum inde tranſlationum , de ſic tranſlatis , ita quod elicitur mentionem illam fuiſſe magis habitam pro effugiendis litibus, ad tradita per Caſſad.*dec.3.n.4.& 5. de conceſſ. præbend.&* Gonz. *in reg.8.gloſſ.6.n.26. & ſeqq.* nec ab aliquibus facta expreſſio inducit conſequentiam expreſſionis faciendæ ab aliis.Calder.*conſ.1.n.2.verſ.& ſi dicatur,de Cleric.non reſid.*Loter.*de re benef.q.45.n.*11. Cardin.Seraph.*dec.514.n.5.*

11.Sicut pariter de Breue ſanct.mem.Pauli V. reualidatorium tranſlationis penſionis anteà ſemel tranſlatę, potuit obtineri ad abundantiorem cautelam,nec proinde valet inferri,quòd fuiſſet neceſſarium, iuxta adducta *in Roman.reſciſionis contractus 28.Nouembris 1580. coram ſanct.mem.Clem.VIII.*

12.Ac denique tranſlationis odioſitas firmata in *Rom. penſionis 23. Maij 1644.coram R.P.D. meo Merlino,* procedit in terminis Conſtitutionis Vrbanæ pluries transferri prohibentis,cui tunc temporis viginti in ſuo totali robore opus erat inhærere ; ſed in caſu , de quo agitur,dicta Conſtitutio remanet nullius efficaciæ,nec conſequenter deciſio afficit ob ſuperuentum reſcriptum Sanctiſſimi Domini Noſtri in plena ſignatura , quod procedatur , ac ſi conſtitutio iſta non emanaſſet , *vt in deciſione 104.n.6.p.6.recent.vbi alia allegantur.*

Et ita vtraque parte informante,&c.

DECISIO XLIX.

Sacra Rota Romana coram R.P.D. Otthobono.

In cauſa Melphieñ Cantoriæ.

Veneris 2. Martij 1646.

§.1. VAcante Cantoria,quæ eſt prima Dignitas poſt Pontificalem Cathedralis Eccleſiæ Melphieñ, fuit de ipſa prouiſus à Sed.Apoſtolica Ioannes Baptiſta Galeatius Rector Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai de Platea eiuſdem Ciuitatis,cum retentione d.Parochialis, exponẽdo Summo Pontifici;*Quòd Cantoria curæ Parochianorum, non imminet ſeu animarum, & quòd vtrique Eccleſiæ abſque diuini cultus & curæ animarum detrimento,per ſeipſum commodè deſeruire valet,& quod Cantoratum & præbendas , ac dignitates dictæ maioris Eccleſiæ obtinentes,vna cum illis ſimiles Parochiales Eccleſias ex diſpenſatione Apoſtolica obtinere conſueuerint.*In litteris Apoſtolicis fuit datus executor Ioannes Baptiſta Adaneſius Canonicus Melphieñ, qui litteris viſis & iuſtificatis tulit ſententiam pro immiſſione Galeatij, à qua appellauit Capitulum Cathedralis,& interim fuit prouiſus à Sede Apoſtolica Donatus Maſſeus,ex eo quòd d. Galeatius ſubreptitiè expoſuerit, Cantoriæ curam animarum non imminere.Hæ verò vltimæ literæ fuerunt executioni demandatæ à Cantore Lauellen. executore; cauſa verò mihi commiſſa cum facultate procedendi ad vlteriorem executionem literarum Apoſtolicarum; dedi dubium , an eſſet procedendum , & Domini affirmatiuè reſponderunt ad fauorem Galeatij;literæ enim Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ habent executionem paratam,*c.ſi Capitulo,de conceſſ.præbend.lib.6.*Rot. *in rec.dec.90.n.2.& conſ.506.n.1,part.1.* cum aliis latè deductis *in Nazarena Benefic. 25. Decembris proximè præteriti coram R.P.D. meo Veroſpio.* Quòd verò literæ Galeatij ſint iuſtificatæ,ex eo conuincitur,quia ex concordibus depoſitionibus trium teſtium ſuper primo articulo relatorum n.2.& ſeqq. & ex narratiua Capituli in commiſſione ſuper ſubreptione n. 4. & ex impetratione facta à Maffeo certo modo, habetur Cantoriam, de qua agitur,eſſe dignitatem maiorem poſt Pontificalem,& vacaſſe per mortem Ioannis Baptiſtæ Vrſi;ideò literæ Apoſtolicæ in hac parte alia iuſtificatione non egent, cùm gratia vnius intelligatur iuſtificata ex confeſſione alterius,qui venit ex eodem genere vocationis, vt in terminis dixit Rota *coram Cardinali Mantic.deciſione 132.n 1.coram* Buratt.*dec.255.n.10.& dec.931. n.1.in recent.dec.691.n.1.ad med.& dec.699.n.1.part. 2.Reuerend.Vrgellen.dec.234 n.2.& dec.244.n.1.*

2.Quòd verò Cantoratui animarum cura non immineat , probatur ex declaratione facta in actis pro parte Capituli in eius ſumm.num.12.ex qua ſatis liquidè deprehenditur curam animarum in Eccleſia Melphieñ, non eſſe annexam alicui particulari dignitati,aut Canonicatui,ſed ipſi Capitulo collegialiter,& ideò dicuntur curati ſinguli Canonicatus, nec cura reſidet penes ſingulos,ſed penes Capitulum, cuius nomine adminiſtratur per Capellanum, ſeu Curatum amouibilem ab eodem Capitulo collegialiter deputatum vt probatur ex *text.in c.cùm non ignoret de præbend.& in c.ſicut in vna 21.q.2.gloſſ.in clement.vnic.§.quidam etiam.in verb.ad menſam,in fin. de exceſſ. Prælat.* latè Oldrad. *conſ.67. per tot.* Gonzal. *ad reg.8 gloſſ.6. n.42.Puteus deciſ.282. lib.1.& in recent.dec.340.n 1.part.2. & in Rom. Vicariæ coram recol.mem.*Coccino,*relata.* Barboſ. *de off.Paroch. c.1.n.53.*

3.Neq; obſtat,quòd Cãtoriæ ſaltẽ cura habitualis immineat,quę cũ nõ deſierit ex defectu materiæ,quia Paroch.omnes defecerũt, ſed actu exerceatur per Vicariũ

amouibilem